

Fo.

XXX

miserico: diffime desideria rugientius p̄
cordiorū meorum: et clamores lachryma-
rum oculorū meorum. Ante te est omne de-
siderium meū: et gemitus meus a te non
est absconditus. Et tu domine nō auer-
tas faciem tuā amplius a me: nec decli-
nes ira a seruo tuo. P̄ miserico: diariū
audi euulsi pupillā tui: et porrige manū
tuam optimā ad iuuetū: ut retrahat me
de profundis aquarū: et de lacu miserie:
et de luto fecis: ne peream uidente miseri-
cordia oculorū tuorū: aspiciente clemen-
tia uiscerū tuorū. sed euadam ad te dñm
deum meū: ut uideas diuitias regni tui:
et inuencar faciem tuā semp: et laudem dicas
nomini tuo sancto: dñe qui facis mira-
bilia: qui cor meū letū facis mēoria tua.
qui illuminas iuuentutē meā: ne despici-
as senectutē meā: sed inbulare facias of-
sa mea: et reuiscere facias ut aquile car-
nos meos.

**Finis Soliloquiorū anticad deum
Diui Augustini episcopi Hipponēsis.**

**Diui Augustini episcopi Hipponē-
sis Manuale de s̄bo dei: quo sopita ce-
lestis desiderij memoria renouetur.**

Quonia: in
medio laqueorū positi
sum? facile a celesti de-
siderio frigesco? Qua:
propter assiduo indi-
gem? munimēto: ut ex p̄fecti ad deum
nostrū verū et summū bonū cū desuim?
recurramus. Idcirco nō p̄sumptiōis te
meritate s̄ magna dei mei dilectiōe: hu-
ic opusculo ad laudē ei? operam dedi: ut
et elegantiōibz dictis sanctorū patrū bre-
ue et manuale verbū de deo meo mecum
semp habere: et cui? lectiōis igne quori-
ens te pesco in ei? accendar amorē. Hūc
adesse mihi de? meus quē quero: quem
diligō: quē corde et ore: et qua ualeo s̄tu-
te laudo atq; adoro. Dens mea deuota
tibi: tuo amore succensa: tibi suspirans:
tibi inhians: te solū videre desiderans:

nihil habz dulce nisi de te loq; de te au-
dire: de te scribere: de te p̄ferre: tuā glori-
am frequent sub corde reuoluere: ut tua
suauis mēoria sit inter hos turbines ali-
qua repausatio mea. Te ergo inuoco de-
siderantissime: ad te clamo clamore ma-
gno in toto corde meo. Et cuz te inuoco
vriq; te in me ipso inuoco. quoniā omni-
no nō essem nisi tu esses in me: et nisi ego
essem in te nō esses in me. In me es quo-
niā in mēoria mea manes: et ea cognoui
te: et in ea inuenio te cū reminiscor tui et
delector in te de te. et quo omnia: p̄ quem
omnia: et in quo omnia.

De mirabili essentia dei. Cap. I.

Quonia: ce-
lum et terrā implet: omnia por-
tans sine onere. omnia implet
sine inclusione: semp agens: semp quiet?
colligens et nō egens: qrens cū nihil de-
sit tibi: amans necessitās: zelans et secu-
rus es: penitet te et nō doles: irasceris et
trāquillus es: opa mutas sed nō mutas
consiliū. recipis qd inuenis et nunq; a-
misisti. nunq; inops et gaudes lucrū. nū-
q; auarus et r̄suras exigit. superogatur
tibi ut debeas. et quis habz quicq; nō tu-
um: redditū debita nulli debens: donas
debita nihil pdens. Qui vbiq; es et vbi-
q; totus: qui sentiri potes et uideri nō po-
tes. qui nusq; dees et tamē ab iniquorū
cogitationibz longe es. qui nec ibi dees
vbi longe es. qz vbi nō es p̄ gratiā: ades
p̄ vindictam. Qui vbiq; p̄sens es et vit
inueniri potes. Quē stantē sequimur et
apprehendere non ualemus. Qui tenes
omnia: implet omnia: circūplecteris omnia:
supercedis omnia: sustines omnia. Qui
cor da fidelū doces sine strepitu verbo-
rū. Qui locis nō distenderis: nec tempo-
ribz variaris: nec habes accessus et re-
cessus. Qui habitas lucē inaccessibilem
quā nullus hominū uidit nec uiderē po-
test. In te manens quiet?: vbiq; circūis
totū. Non enī scindi et diuidi potes. qz
vere vnus es: nec in partes efficeris: sed
totus totū tenes: totū implet: totū illuz-
stras et possides.

De indicibili scientia dei.